Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

qui inventor omnium malicie factus
es in hebreos: non effugies manum dei.
Nos enim pro peccatis nostris hec patimur: et si
nobis propter increpacionem et correpci
onem dominus noster modicum iratus est: sed
iterum reconciliabitur servis suis. Tu
autem o scelestissime et omnium hominum fla
giciosissime. noli frustra extolli va
nis spe[illegible]bus in servos eius inflamma
tus. Nondum enim omnipotentis dei et omnia
inspicientis iudicium effugisti. Nam
fratres mei modico nunc dolore susten
tato: sub testamento eterne vite effecti sunt.
Tu vero iudicio dei iustas superbie pe
nas solves: ego autem sicut fratres mei ani
mam et corpus meum trado pro patriis
legibus. invocans deum maturius genti
nostre propicium fieri: teque cum tormentis et ver
beribus confiteri: quod ipse est deus solus. In
me vero et in fratribus meis desinet omnipo
tentis ira: que super omne genus nostrum
iusta superducta est. Tunc rex accen
sus ira in hunc super omnes crudelius de
sevit: indigne ferens se derisum. Et hic
itaque mundus obiit per omnia in domino
confidens. Novissime autem post filios
et mater consumpta est. Igitur et de
sacrificiis et de nimiis crudelitatibus
satis est dictum. XXIII.
viii Iudas vero machabeus et qui cum
illo erant introibant latenter in ca
stella: et convocantes cognatos. et eos
qui permanserant in iudaysmo as
sumentes. eduxerunt ad vi. milia
virorum: et invocabant dominum ut re
spiceret in populum qui ab omnibus calca
batur: misereretur templo quod contami
nabatur ab impiis: misereretur et ex
terminio civitatis: que esset ilico com
planda et vocem sanguinis ad se
clamantis audiret: memoraretur
quoque iniquissimas mortes innocen
cium parvulorum. et blasphemias nomi
ni suo illatas: et indignaretur super
his. At machabeus congregata mul
titudine intollerabilis gentibus effi
ciebatur. ira enim domini in misericordiam conversa est.
et superveniens castellis et civitatibus in
provisus. succendebat eas: et oportuna
loca occupans. non paucas hostium stra
ges dabat. Maxime autem noctibus ad
huiuscemodi excursus ferebatur: et fama
virtutis eius ubique diffundebatur.
Videns autem phylippus paulatim
virum ad profectum venire: ac frequen
ter ei prospere cedere. ad ptholomeum du
cem celesyrie et fenicis scripsit: ut au
xilium ferret regis negociis. At ille
velociter misit nicanorem patrocli de
primoribus amicum datis: et permixtis gen
tibus armatis non minus .xx. milibus. ut
universum iudeorum genus deleret: ad
iuncto ei gorgia viro militari. et in
bellicis rebus experientissimo. Consti
tuit autem nicanor regi: ut tributum
romanis quod erat dandum duo mili
a talentorum de captivitate iudeorum
suppleret. Statimque ad maritimas ci
vitates misit. convocans ad coempci
onem iudaicorum mancipiorum: promittens
se .xc. mancipia pro talento distracturum.
non respiciens ad vindictam que eum ab
omnipotente esset consecutura. Iudas autem
ubi comperit: indicavit hiis qui secum
erant iudeis nicanoris adventum.
Ex quibus quidam formidantes et non
credentes dei iusticie in fugam verte
bantur. Alii vero si qui de his superarant
vendebant. simulque dominum deprecaban
tur. ut eriperet eos ab impio nicanore.
qui eos priusquam comminus veniret
vendiderat: et si non propter eos sed propter
testamentum quod erat ad patres eorum.
et propter invocationem sancti et magnifici
nominis sui super ipsos. XXIIII.
Convocatis autem machabeus .vii.
milibus qui cum ipso erant: rogabat
ne ab hostibus reconciliarentur. neque me
tuerent inique venientium adversum
se hostium multitudinem: sed fortiter con
tenderent. ante oculos habentes contu
meliam que in loco sancto ab his
iniuste esset illata: itemque et ludibrio
habite civitatis iniuriam. adhuc